



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quid sit Sacramentum. Quid sit signum. Quo differant signum &
Sacramentum. B

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

PETRI LOM-
BARDI, EPISCOPI
PARISIENSIS SEN-
TENTIARVM LI-
BER IV.

DE SACRAMENTIS ET SIGNIS
Sacramentalibus.

DISTINCT. I.



SAMARITANVS enim vulnerato
appropians, curationi eius sacra-
mentorum alligamenta adhibuit:
quia contra originalis peccati &
actualis vulnera sacramentorum
remedia Deus instituit. De quibus quatuor primo
consideranda occurrunt. Quid sit Sacramentum,
Quare institutum, In quibus consistat & conficia-
tur, Et quæ sit distantia inter Sacramenta veteris
& nouæ legis.

Quid sit Sacramentum.

Sacramentum est sacræ rei signum. Dicitur ta-
men sacramentum etiam sacrum secretum, sicut
sacramentum diuinitatis: vt sacramentum sit
sacrum signans, & sacrum signatum: sed nunc
agitur de sacramento secundum quod est signum.
Item sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis
forma. Signum vero est res præter speciem
quam ingerit sensibus, aliquid aliud ex se fa-
ciens in cogitationem venire. Signorum vero alia
sunt naturalia, vt fumus significans ignem, alia
data, Et eorum quæ data sunt, quædam sunt sacra-
menta, quædam non. Omne enim sacramentum
est signum, sed non è conuerso. Sacramentum eius
rei similitudinẽ gerit, cuius signum est. Si n. sacra-
mentum

*De sacra-
mentis n ge-
nerali*

Luc. 10 f

*De sacra-
mentis ubi*

quatuor con-

sideranda

sunt.

A. g. in 10.

li. de ciui. c.

5. ad princ.

tom. 5.

Au. de doct.

Christ. lib. 2.

ad princ. ep.

rom. 3. c. r.

Ibid. paulo

in se. sus.

Ibid. c. 2.

in princ. ep.

in princ. ep.

in princ. ep.

in princ. ep.

in princ. ep.

in princ. ep.

in princ. ep.

in princ. ep.

in princ. ep.

in princ. ep.

in princ. ep.

in princ. ep.

in princ. ep.

in princ. ep.

in princ. ep.

in princ. ep.

in princ. ep.

in princ. ep.

in princ. ep.

in princ. ep.

in princ. ep.

menta non haberent similitudinē rerum quarum sacramenta sunt, propriè sacramēta nō dicerētur. *Aug. ad fin. ep. 28. ad Bonifacium t. 2*
 Sacramentum n. propriè dicitur, quod ita signum est gratiæ Dei, & inuisibilis gratiæ forma, vt ipsius imaginē gerat & causa existat. Nō ergo significandi tantum gratia sacramēta instituta sunt, sed etiam sanctificandi. Quæ n. sanctificandi gratia tantum instituta sunt, solum signa sunt & non sacramēta: sicut fuerunt sacrificia carnalia, & obseruatiō ceremoniales veteris legis, quæ nunquam poterant iustos facere offerētes: quia vt ait Apost. Sanguis hircorum & taurorum & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificabat ad emundationē carnis, non animæ. Nam inquinatio illa erat cōtactus mortui. Vnde Aug. Nihil aliud intelligo iniquationē quam lex mundat, nisi contactū mortui hominis: quem quis tetigerat, immundus erat septē diebus, sed purificabatur secundum legem de tertio & septimo, & ita mundus erat, vt iam intraret in tēplum. Mundabant etiam interdum à corporali lepra illa legalia. Sed nunquam ex operib. legis aliquis iustificatus est: vt ait Apost. etiam si in fide & charitate fierent. Quare? quia imposuit ea Deus in seruitutem, non in iustificationem, & vt figura futuri essent: volens sibi ipsi potius offerri ea, quam idolis. Illa ergo signa erant, sed tamen & sacramenta: licet minus propriè in Scripturis sæpè *Ad Ro. 3. d. Act. 10.* vocantur, quia signa erant rei sacræ, quam vtique non præstabant. Illa autem Apostolus opera legis dicit, quæ tantum significandi gratia, vel in onus instituta sunt.

De causa institutionis sacramentorum. C

Triplici autē de causa sacramēta instituta sunt: propter humiliationē, eruditionem, exercitationem. Propter humiliationē quidē, vt dum homo inuisibilis reb. quę natura infra ipsum sunt, ex præcepto creatoris se reuerendo subiicit, ex hac hu-